

<sup>2)</sup> Hg. *Wilhelm von Bayern, der Konzilsprotektor.*

<sup>3)</sup> NvK. Über sein Gespräch mit den Böhmen vgl. Hallauer, *Glaubensgespräch* 53–56, mit weiterer Literatur dazu, insbesondere Krbchák, Čechové.

<sup>4)</sup> Die 4 Prager Artikel, die nach der für die Verhandlungen auf dem Konzil maßgeblichen Fassung von 1431 VII 21 (MC I 147; s. Jacob, *Bohemians* 83) lauten: 1) ut divinissimum corporis et sanguinis eius sacramentum per ministros ecclesiae fidelibus ministretur; 2) ut verbum domini libere, publice et veraciter per eos, quorum interest, praedicetur; 3) ut civile dominium, veluti lethale virus, auferatur a clero; 4) ut publica et potiora crimina per legitimas potestates a plebibus fidelium extirpentur. Dazu letztens P. de Vooght, *La confrontation des thèses hussites et romaines au concile de Bâle*, in: *Recherches de Théologie ancienne et médiévale* 37 (1970) 97–137 und 254–291 (mit Lit. 291 Anm. 447).

<sup>5)</sup> Vgl. dazu Jacob, *Bohemians* 118.

#### **zu 1433 März 14, Basel.**

**Nr. 165**

Bericht im Liber diurnus de gestis Bohemorum in concilio Basileensi. NvK in der Konzilsauseinandersetzung mit den Böhmen.

Kop.: PRAG, Archiv Pražského hradu (wie Nr. 164) f. 37<sup>rv</sup>.

Druck: MC I 329f.

Erw.: Krbchák, Čechové 157–59.

In der Stube bei den Dominikanern werden am Morgen die Verhandlungen vom Vortage fortgesetzt. Respondimus per Beneschium duci Vilhelmo dedimus sic: Vos dixistis, si concordaremus in primo, qualiter in aliis tribus et aliis obiectis omnibus articulis concordia fieret, quia per disputacionem de singulis non expedit, quis scit finem? Respondemus, secundum iudicem omnia volumus terminare, eciam si hodie fieri posset. Secundo optamus, quod nullus aliter nos interpretetur, nisi quod secundum iudicem omnia intendimus ab ambabus partibus electum terminare, et sic vivere. Ideo tot dampna perpessi sumus. Consilio capto dux per Nicolaum respondit supra memoratum in latinis: Dominus dux heri dixit, si concordia in primo reperiretur articulo, quia est sacramentum unionis, ut post sine disputacione unum corpus secundum apostolum existentes iuxta iudicem electum diffinire cum concilio ceteros articulos vos obligetis, quia quid unio in uno valeret articulo et reliquis discordia permanente? Ad quod nostri consilio habito per Martinum de Chrudim responderunt: Illam incorporacionem seu unionem, per quam unum corpus effecti, non bene percepimus, ad quantum se extendit, videntes ex ea quedam nobis imminere pericula. Ideo ut nos securius agamus, optamus in scripto illam incorporacionem, ut visa forma, quid bonum fuerit, teneamus, et si quod malum, repudiemus. Consilio igitur capto iterum Nicolaus doctor ex parte ducis respondit clarius, incorporacionem cum concilio unionem totalem expressit, subiungens, quod dominus dux fraterne a se ipso motus et a nullo monitus se mediatorem posuit, si ad aliquem sanctum finem deducere posset. Cui consilio habito Vilhelmus Costka ex parte omnium dixit: Timemus, ne quid insecure faceremus, per quod involvi possemus; ideo petimus, ut cum concilio loquamini, de incorporacione scriptum nobis detis, cui responsum dabimus habita deliberacione. Dux ergo prehabito consilio respondit, quod nullum dolum intenderet, sed vellem, si eciam hodie fieri posset, cum concilio loqui, ut formam incorporacionis eis daret. Et sic recessimus, et nostri neglexerunt illo die coram congregato concilio licenciam recedendi capere.

4 Respondemus verbessert aus Respondimus 10 permanente: permanentem 12 percepimus verbessert aus recepimus 20 quod am Rand ergänzt.

#### **zu 1433 März 15, Basel.**

**Nr. 166**

Bericht im Liber diurnus de gestis Bohemorum in concilio Basileensi. NvK in der Konzilsauseinandersetzung mit den Böhmen.

Kop.: PRAG, Archiv Pražského hradu (wie Nr. 164) f. 37<sup>v</sup>–39<sup>r</sup>.

Druck: MC I 330f.

Erw.: Krbchák, Čechové 159–65.

Dominica Oculi mane in locum consuetum cum duce in stubam domus Predicatorum convenimus. Ibi Nicolaus doctor iuris coram nobis legit cedulam continentem vigorem incorporatorum in hec verba: Sacrum concilium per incorporacionem dominis Bohemis oblatam intelligit veram et perfectam unionem in fraterna caritate, et quod ipsi ad ea tantum adstringantur, ad que omnes alii incorporati. Primo enim tenentur incorporandi iurare dare sanum consilium secundum deum et conscientiam suam in hiis, que agenda sunt, et diligenter laborare pro honore dei, ecclesie et ipsius concilii. Item in deliberando et consultando et iudicando habent incorporati plenam facultatem allegandi, proponendi et discernendi sacram scripturam et quecumque alia, que videbuntur rationabilia. Item omnibus per concilium determinandis quilibet stare debet maxime in materia fidei, quoniam ibi sacrum concilium intendit iudicare secundum legem divinam, proxim Christi, apostolorum et primitive ecclesie et sacra concilia et doctores se veraciter fundantes in eadem. Hec sunt communia omnibus incorporatis, et ita eciam erunt dominis Bohemis, si incorporabuntur, ut optatur. Et quia inter nos et dictos dominos Bohemos fuit diversitas aliquamdiu, tunc requiritur fraterna caritas, que solum queritur, quod omnes preterite iniurie et pene in alterutrum comisse ex tunc facta incorporacione intelligentur penitus esse abolite cum cessacione gwerrarum, et sic plena securitas ad alterum eundi, manendi et redeundi ad terras utriusque partis; et gaudebunt domini Bohemi ut ambasiatores incliti regni Bohemie omnibus honoribus et privilegiis et loco sessionis uti ceteri incorporati, et quilibet iuxta gradum suum. Dabit eciam operam sacrum concilium descendendi rationabilibus petitionibus dominorum Bohemorum, maxime in expediendis articulis, dum insteterint et comode fieri poterit. Cum autem hec legisset doctor, asseruit ducem bonam voluntatem ad un*<ionem* disponendam habere, nec vos, scilicet Bohemi, aliquid malum ex illo debetis timere, dummodo incorporabimini. Quare nostri in refectorium intrantes confabulabantur, cuiusmodi duci darent responsum; literam eciam lectam statim descripsi fecerunt per doctorem eis presentatam, et regressi in stubam per Procopium dabant responsum: Primum regraciando duci pro eo, quod laboravit, ut intellegent vim incorporacionis, quam propter certas rationabiles causas pro nunc non exequi intenderent; unam tamen pro nunc asignavimus, quia omnia in Egra compactata essent sopita, a quibus recedere non intendimus.<sup>4)</sup> Insuper petimus dominum ducem, si fieri poterit, ut laboret pro unione in quatuor articulis, quia valde doleremus, si sine unione abhinc recederemus. Dux itaque concilio habito et nobis ad eum reversis Nicolaum doctorem loqui fecit, qui hanc sentenciam protulit: Dominus dux libenter laboravit et adhuc non cessabit pro unione laborare. Illa enim est via, per quam vester servabitur honor pervenietisque ad concordiam et in Egra compactata servabuntur, quia omnia in Egra facta ex utraque parte sunt confecta, ut ad unionem perveniamus. Si ergo uniemur, quomodo compactata violabuntur? Si tamen est via utilior et compendiosior ad unionem, illam explicetis. Nostri ergo in loco refectorii consiliati et duce illuc veniente per Rokiczana responderunt sic: Per incorporacionem a iudice recederemus, quod non intendimus. Item condescendere in hominem in fidei materia nullo modo intendimus. Item a litera mandati recederemus per incorporacionem. Item concilium iudicem nostrum nolumus esse. Licet enim incorporati in congregacione concilii ad libitum loqueremur, tamen concilio diffiniente in materia eciam nobis adversa, obligaremur illud tenere, quod non intendimus facere. Regraciamur eciam domino duci, quod diligentiam aposuit pro unione, et speramus quod non cessabit. Item via est, per quam uniri deberemus, ut partes sibi contrarie se alterutrum aperirent. Nostram audiverunt intencionem, concilii vero intencionem circa articulos non audimus, quid velit tenere; et si non audiverimus, oportebit nos dicere in recessu: nichil dixerunt nobis, quid tenerent in articulis, scilicet in concilio congregati. Tunc sine deliberacione a se ipso Nicolaus doctor dixit: Primus articulus, scilicet de comunione utriusque speciei, est fidei articulus; illum non dabitis in manus hominum. Sed alii tres spectant ad reformati<sup>onem</sup> morum; ad illam inducendam sedebitis cum concilio, et quidquid videbitur, poteritis dicere. Cui illico Rokiczana respondit: Est eciam fides nostra, quod christiani tenentur peccata fugere. Ait doctor: Mea similiter. Similiter inquit Rokiczana de verbi dei libertacione, non tamen quod omnes eciam sacerdotes predicarent, sed apti et docti, non erronei. Ad quod eciam doctor consensit. Ulterior Rokiczana dixit: Ex quo in articulo difficultiori sine incorporacione possumus concludere, qualiter eciam non in aliis? Cui doctor: Spero, ut intelleximus, quod cum paucis sumus discordes in aliis articulis, de quibus non videtur disputationi insistere, sicut de hiis quatuor; alias quando esset finis? At Rokiczana respondit: De aliis articulis, quicumque illos tenent, intendunt diffinire per iudicem electum. Tunc dux concilium habuit et in propria persona respondit hanc sentenciam: Vos viam unionis per me vobis porrectam suscipere recusat et aliam non exprimitis; et videtur mihi, quod fuissest optima et competentissima pro unione aquirenda. Spero tamen, quod adhuc cogitabis et non omnino illam spernetis. Quasi gemen-

do dixit: Alias vehementer timeo, quod verum dico, scilicet, quod usque ad mortem meam ad tam facilem concordie viam non pervenietis. Adhuc ergo cogitate, et quando placuerit, responsum mihi date. Quod si utique nolueritis suspicere, literam, scilicet modum incorporacionis vigoremque incorporatorum continentem mihi restituetis, ne ulterius perveniat. 60

15 et: et et 16 nach terras überflüssiges ad über der Zeile ergänzt 29 reversis: reverso 41 vor circa überflüssiges contra 56 Quasi gemendo dixit am Rande ergänzt 58 am Rand noch einmal ergänzt Quasi gemendo hoc dixit.

<sup>1)</sup> Die Kompaktaaten von Eger 1432 V 18 mit Zusicherungen des Konzils für die nach Basel reisenden Vertreter der Böhmen; MC I 219f.

⟨vor⟩ 1433 März 20, Basel.

Nr. 167

Rechtsgutachten des NvK für Hg. Wilhelm von Bayern in dessen Streit mit seinem Bruder Hg. Ernst.

Druck der Notiz darüber: A. F. Oefelius, *Rerum Boicarum scriptores II*, Augsburg 1763, 201f.; die Vorlage war nach Auskunft des HStA München nicht zu ermitteln.

Erw.: P. Joachimsohn, Gregor Heimburg 29; Meuthen, Trierer Schisma 151.

Das Gutachten wird erwähnt in einem Schreiben Hg. Wilhelms 1433 III 20 aus Basel an Lienhard, Pfarrer Unserer Frau in München, worin er ihm mitteilt, er habe Gelehrte des Konzils um gutachtliche Stellungnahme über seinen Streit mit seinem Bruder Hg. Ernst ersucht, die er ihm hiermit übersende, damit Lienhard als gemeinsamer Beichtvater beider für die Durchsetzung von Wilhelms Recht gegenüber Ernst sorge. Es folgt die wörtlich eingerückte *formatio casus*, nämlich einer Zinsforderung Ernsts gegenüber ihrem Vater, die er nach dessen Tod nun an Wilhelm richtet. Conclusio — so fährt das Schreiben fort — quasi eadem omnium, sed haec quae sequitur ex concilio Perusino, mit Unterschrift Caspar de Perusio manu propria, der wegen des wucherischen Charakters der Forderung Wilhelm von der weiteren Zahlung freispricht; das von Ernst bereits Erhaltene sei aufs Kapital anzurechnen. Alii, qui subscripterunt, sequuntur: Ioannes patriarcha Antiochenus; Nicolaus de Cusa iuris doctor; Helwicus de Boparden decretorum doctor ecclesiae B. Mariae V. Wecaliensis decanus; Bartholomaeus de Vicecomitibus episcopus Novariensis; B. episcopus Petragoricensis; Nicolaus de Sicilia abbas Moniacensis<sup>1)</sup>; Conradus episcopus Ratisponensis sacrae theologiae professor; Simon de Valle Venetus minimus inter doctores utriusque iuris; Gregorius Heimburg utriusque iuris doctor archiepiscopi Moguntinensis in geistlichen sachen vicarius.

11 Vicecomitibus: Vice motibus Novariensis 12 Sicilia: Scalia.

<sup>1)</sup> S. Maria di Maniace bei Randazzo in Sizilien. Nikolaus war Mitglied der päpstlichen Gesandtschaft zum Basler Konzil 1433. Es handelt sich um Nicolaus de Tudeschis (Panormitanus).

⟨nach 1433 März 30, vor 1433 April 7.⟩

Nr. 168

⟨Job Vener.⟩ Fortsetzung der Facti narracio (Nr. 135) über die Tätigkeit des NvK für Ulrich.

Reinschrift: ROM, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 3<sup>o</sup>-4<sup>r</sup> (im unmittelbaren Anschluß an Nr. 135).

Druck: Baluze-Mansi III 142f. nach dieser Hs.; Heimpel, Vener Nr. 46.

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 24f. Nr. 39 und 153.

Zur Datierung s. Meuthen a.a.O. 25.

Premissa facti narracio fuit dudum concepta ante dimidium annum vel paulo minus ad impedendum admissionem cuiusdam petitionis vel supplicationis per magistrum Nicolaum de Kusa tunc in